

**CONSELLO DA CULTURA GALEGA
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA**

346

1165/04/13.

Martiño Fernández, a súa muller, Mariña Díaz, e os seus fillos vénendenlle ó mosteiro de Toxos Outos a súa herdade en Suevos e Sorribas, en Sta. María de Trasmonte, por dúas marcas e media de prata e mais un marabedí “pro robore”.

B.- Tombo, ff. 106v-107r.

Carta de Martino Fernandi de hereditate de Soeuos et Subribas.

In Dei nomine. Ego Martinus Fernandit et uxor mea Marina Didaci et omnes filii nostri vobis domno abbati Roderico, monasterii Sancti Justi et fratribus eiusdem monasterii in Domino Deo eternam salutem. Placuit nobis et nostra fuit uoluntas ut faceremus uobis kartam uendicionis de hereditate nostra propria que habemus de nostra abolencia et de nostra ganancia in territorio Trasmonte currente fluui Tamare sub aula Sancte Marie de Trasmonte in villis nominatis in ambos Soeuos et Subribas cognomento Salimi. Vendimus siquidem uobis et concedimus in ambos Soeuos et in Subribas quantum nos ibi habemus de nostra abolencia et de nostra ganancia, et est tercia de III^a quam ganauimus de Martino Franco in qua postea recepimus germanum nostrum ARIAM Fernandiz. Totas istas hereditates nostras uobis damus et concedimus cum suos kasales, et cetera, pro precio quod nobis pro eis dedistis et nos recepimus marchas duas et medium puri argenti et pro robore vnum morabitinum quod nobis et uobis bene complacuit, et de ipso precio nichil remansit indebito. Habeatis, et cetera. Sed si aliquis // homo de nostra parte uel extranea aliquam hereditatem de nostra auolencia uel de nostra ganancia in istas villas supradictas calupniauerit uel aliquid quod ad ipsas hereditates pertinent pariat uobis quantum calupniauerit duplatum et insuper V marchas argenti; ista tamen uendicione ex hodie in sempiternum semper in suo robore permanente.

Facta carta vendicionis era I^a CC^a III^a et quotum idus aprilis. Ego Martinus Fernandiz et uxor mea Marina Didaci in hac scriptura manibus nostris de nostris signis.

Q. p. f.: Petrus, ts. Didacus, ts. Pelagius, ts. Cresconius Petri, presbiter. Cresconius Didaci, conf. Pelagius Cresconii, conf. Oduarius Carualio, conf. Vilielmus de Luania, compostellanus, conf. Johannes Buarius, compostellanus, conf. Martinus Petri, presbiter, conf. Pelagius Didaci, miles, conf.

Munio, presbiter, qui notuit.